



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

it, gladio scindentes, tanquam diuersarum partium interfecerint.

CAPVT IX.

Fridericus postquam suos ubique notos habuit, eorum qui aut diuersarum censerentur partium, qui neutris vellent consentire, expugnata oppida, locaque populatus est, & diuersarum partium patria pulsos, omnes in suam redegit potestatem: Nonnullos euestigium interfici, quosdam effosis oculis in Apuliam relegari, quosdam per diuersa cruciatuum genera ad mortem usque fecit laniari. Et Pisani interea praesentia Imperatoris animati, tanto fauore animis tumefacti, nihil aequè annisi sunt, quàm vt Genuenses aliqua insigni clade afficerent. Armauerunt classem triremium vltra centum, aded etiam milite ex Friderici copijs sumpto refertam, vt & celeritati pondus, & pugnantibus obsuerit pressura. Sed hoc tum inter se Itali: Fridericus autem pontificem & ecclesiam fatigabat: cruce signati ipsum, aliquando se opponunt venienti: properant namque etiam, vt portas murosque vrbs Roma perirumpere, amplissimo exercitu cruce signata cohors cominus est congressa: Ad cuius conspectum aded territus, aded in furorem vesaniamque est commotus, vt captos ad se viuos perducere cruce signatos, in prima ipse pugnantis acie, exclamauerit. Inde perductos ad se Romanos, partim quaternis ad crucis formam perfodit vulneribus, partim caput in crucis modum quadrifariam scidit, partim fronte eadem ferro cruce reddidit insignitos: Clericos verò detonsam in vertice coronam, ferro casim crucem vulneratam (vt dicebat) iussit ornari: quorum vnus inflictum vulnus nimis patienter tolerare visus, in palarum cumulum funiculo est pertractus: &

eum benedicere ac laudare Deum perseueraret, igni supposito est crematus. Eam cum vidisset Fridericus populi Romani constantiam, tertio quam aduenerat die, morens frendensq³, & omnia vrens deuastansq³ in itinere obuia, transit in Campaniã: vnde breui post duxit Beneuentum: quam urbem, partim dolo, partim vi captam direptamque, dimisit mœnibus immunitam: Et in Picentes delatus, Ascalim obsedit: in cuius fortiter resistentis agro, vastitas est magna commissa. Inde in Romandiolos ducere cupiens, Aetium filium, Sardinie regem, agitandis sibi de Piceno aduersantibus, subigendisque, dimisit: A quo adolescente, patri similimo, direptiones vbiq^{ue}, incendia & vastitates, sunt commissa: vt quicquid resistere est ausum, ad calamitatem sit maximam perductum: Cum tamen miræ sint, & rarè aliàs audita crudelitates, quas per id tempus Fridericus exercuit in legatos, per regnum Sicilia, ecclesiasticos: quos multos archiepiscopos, episcoposque, partim occiderit, partim carcere tenuerit, partim relegauerit: in quibus Catanensis fuit episcopus, à quo ille ab infantia fuerat educatus.

CAPVT X.

Cum interea pontifici satis, supraque, esset, eius cauenti insidias, rem ecclesiasticam reformare: Eo enim tempore decreuit pontifex, Salue regina, certis diuinæ rei horis addi, campanasque ad Eucharistia confectionem, & laudes Virginis Dei genitricis, speciali oratione in matutinalibus celebrari: quibus ecclesiasticis institutis, rerumque suarum saluti necessarijs, fuit intentus. Nam Iacobum Columnam Prænestinum episcopum cardinalē, in Franciã, & Ottonem Montisferratensem marchionū genere oriundū, in Angliam,